

Ioannes de India (prêtre Jean), primo anno quo huc ego veni, mihi adhæsit, et ad veritatem veræ fidei catholicæ per me conversus, minores ordines suscepit, mihiq[ue] celebranti regiis vestibus indutus ministravit: sed quidam alii nestoriani ipsum de apostasia accusaverunt: tamen ipse magnam populi sui partem ad veram fidem catholicam adduxit et ecclesiam pulchram secundum regiam magnificentiam construxit, ad honorem Dei nostri, sanctæ Trinitatis et Domini Papæ, vocans eam Ecclesiam Romanam. Qui rex Georgius ante sex annos migravit ad Dominum verus christianus, relicto filio hærede ferme in cunabilis, qui nunc est annorum novem. Fratres tamen ipsius Regis Georgii, cum essent perfidi in erroribus Nestorii, omnes quos ille converterat, post Regis obitu subverterunt, ad schisma pristinum reducendo. Et quia ego sum solus, nec potui recedere ab Imperatore Cham, ire non potui ad illam ecclesiam, quæ distat ad xx. dietas<sup>1</sup>....

Deuxième lettre de Jean de Monte-Corvino (1306 ou 1307):

..... Sex picturas feci fieri veteris et novi testamenti ad doctrinam rudium, et sculpta sunt litteris Latinis et Tarsicis<sup>2</sup> et Persicis, ut omnes linguae legere valeant..... In isto autem anno Domini MCCCV ego incepi alium locum novum coram ostio Domini Chamis, et inter curiam et locum nostrum via sola est, distans per jactum lapidis a porta Domini Chamis. Dominus Petrus de Lucalongo, fidelis christianus et magnus mercator, qui fuit socius

<sup>1</sup> Paulsen, *Hist. Tart. eccles.*, ep. IV, XXXXIII, datée du 8 janvier 1305. Cette église du prince Georges avait été construite à Ta-t'ong fou. Cf. Yule, *Cathay.*, t. I, p. 147, note.

<sup>2</sup> Vide sup., p. 43, note 2; par ce mot, J. de Monte-Corvino désigne l'écriture des infidèles, celle des Mongols.